



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Infantulus Marchionis de Renty præsentissimu[m] mortis superat periculum
oblacione pro eius salute facta ac Cheruiam transmissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

INFANTVLVS MARCHIONIS DE
Ranti presentissimum mortis superat periculum
oblacione pro eius salute facta ac Cher-
uiam transmissa.

CAPVT XLII.

ANno 1584. Iulij die 28. Alexander La-
lanus domini Emanuelis Marchionis
Rentani & Dynastæ Cheruiæ, Nomarchæ
Hannoniæ, equitis aurei velleris &c. filius v-
nicus, menses nouem natus partem auri cre-
pitantis deglutiuit: quæ puellum suffocatio-
nis præsentissimo periculo exposuit, idque si-
ne vlllo mali remedio: quamuis enim digitus
ori infereretur, extrahi tamen minime pote-
rat, sed magis atque magis deficiente spiritu
de vita etiam extremè periclitabatur. Vbi eò
miseriarum ventum est, eius auia Anna Res-
nessia non minus deuote quàm constanter
meritis gloriosæ matris Dei confisa, apud se
deliberauit partem argenti in oblacionis veu
complicare, eamque complicatam infanti o-
sculandam porrigere: quam & postea per cur-
sorem Cheruiam sine mora deferendam cu-
rauit. Hen tibi mira res: subito namque infans
sponte sua eijcit ex ore partem auri supradictam, à
clamore quiescit, & vt summatim dicam, ita se-
gerit, ac si nihil incòmodi antea passus fuisset.
Quã ob causã feria 2. sequenti pater, mater &
auia

aula cum infantulo Cheruiam venerunt, omnique cum humilitate Deo ac misericordissimæ Dominæ in eius cœdula gratias, egerunt,

FILIA COMITIS HOCSTRATANI

vehementissima febre correpta, diuinitus ab eadem euadit libera, misso cursore, qui apud Cheruiam sacrum fieri curaret.

CAPVT XLIII.

ANno 1585. mense Ianuario domina Margareta Lalania Hocstratani comitis filia, cum Duaco se dedisset in viam Leodunum versus, vt matrem morti proximam iuuiseret, subitanea febre eaque tam vehementi correpta est, vt eam Cospeanus & Bienius medici incurabilem ac letalem esse affirmarent. Eoque tandem ventum est, vt extremæ vntionis sacramentum Montibus Hannoniæ pete- ceperit, nulla iam ei reliqua cuiusquam rei notitia. Tum communi sensu & consensu decretum fuit, vt cursor Cheruiam mitteretur, qui sacrum eo loci fieri procuraret: vt autem ipse ad oppidum peruenit, portam oclusam offendit. Verum circa mediæ noctis densas tenebras ægra gallico & flandrico idiomate exclamat gembundo spiritu, simulque creatoris sui petit gratiam & eius inuocat misericordiam.